humilis, pauper, contempta, afflicta, et dolorum ple-
na nostrâ causâ fuit, tum ex ordine justitiæ Dei
felicissima, planèq; divus esse deberet: et ea pen
tota nostra est satisfactio, justitia et vita per
fidem. His observatis, quæ haud dubiè S. Scri-
ptura sunt consentanea, nulla resbab contro-
versiâ, et pax optimè meâ quidem sententiâ, est conci-
tatâ. Venerandum D. D. Earchium, socerum tuum.
Præceptorem et amicum meum colendum, non du-
bito fua etiam fide intelligi velle. Rogo excuses me
ei, quod nuper eum non compellarim, ut volueram.
Nam mihi abeste digresso, ob vecturæ difficultatem
sequente biduo redire in urbem non licuit. Alteis ergo
verbis eum nunc plurimùm salutes velim. Heidel-
bergæ die 19 Octobr 1590.

158)

Ad Oratorem Romanum pro
Archiepiscopo Trevirensi
in negotio Abbatiæ
Prumiensis.

Rudolphus &c. Nobilis, fidelis, dilecte. Accepimus,
quòd Joannes Archiepiscopo Trevirensi S. Imperij
per Galliam et Regnum Arelatense, Archicancellario
Principe Electore ac Nepote nostro Carissimo gra-
ves querelæ, quæ nobis haud injustæ visæ fuerunt dive-
sis ad Nos temporibus illatæ sunt, de Ser.mi Regis Hi-
spaniarum Catholici Avunculi, sororijque fratrissimi
ejus Serenissimi in Provinciis Belgicis Ministris,
quod controversiam ipsius Dilmi de Abbatia Brum-
si moveant. Quæ quidem Abbatia 14. abhinc annis
à Pontifice Max: Gregorio 13. Diœcesi et Ecclesiæ
Trevirensi accedente assensu et applausu Augustæ
memoriæ parentis nostri colendissimi, ac Princi-
pum Electorum, omnium denique Imperij Ordinum

inter quos praedecessor Dñus ipsig in Comitijs solemni
Ao Domini 1575. post obtenta quæ vocant Regalia sessionem et nomine obtinuerat, unitaetsi jam ita fuerit, utet praedecessor Dñs ipsig quidē eam possederit, et eo mortuo absq; ulla rei, nullo impediente aut reclamante eam in se translationem Dñs ipsig acceperit, hæc verò ctsi ita se habuerint, postmodum à vicinis regis Catholici ministris, qui Luxemburgensi Provinciæ præsunt, multas Dñ. ipsig difficultates, de eadem Abbatia, contra ea, quæ auctoritate Apostolicâ, totiusq; imperij consensu statuta solenniter confirmataq; fuere, ita tenere motas, ut ipsimet Nuncij Apostolici, quibus ejusq; rei cognitionem iuspicere mandatum fuit, minutatim quemadmodū quæq; deprehenderint, Pontifici Maximo quamprimū ipsig addita fida narratur, confestim scripsit. Quam ob rem cùm Ipsam hoc tempore quondam à dicto Principe Electore, qui negotium hoc opportunè interpretetur et contra Ministros Regios defendat mittendam, præterm̄ittere pro eo quod nostri quod D. imperij interest, nequimus, quin auctoritatem interpōnamus nostram, eoq; quod eo solenniter statutum et confirmatum fuit, respiciendo, quo omnes imperij ordines haud leviter hoc tam inopportuno tempore offendi patiantur permittamus. Ijq; ipsig itaq; tibi, aut nostro nomine ad Sternbeam, apud Cardinales, et apud dicti Serenissimi Regis Catholici oratorem hanc rem ita seriò curandam suscipias, tanquam Domus ipsa quam maximè pertineat, ijq; qua promptissimam benignissimamq; nostrā erga primarium imperij membrum, qui de nobis, deq; religione et imperio præclarissime sit meritus voluntatem cum amplissimo fructu declaratam velimus. Dat: Pragæ 22. Maij 1590.

Kevenhüllero commendatur negotium Abbatiæ Brunensis pro Frevensi.

Rudolphus. 2.

157)

Magnifice 2. de Brunensi Abbatia, quæ anno 14 Episcopatus Trevirensis à Gregorio 13. Pontifice consensu accedente et applausu Augustissimi memoriæ Patris nostri colendissimi, ac principum Electorum, omniumq; sacri imperij ordinum solenniter unita et conjuncta fuit cen-